



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ecclesia

Buchinger, Michael

Dilingae in Rhetia, 1556

VD16 B 8998

Duo gladij in ecclesia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64468](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64468)

Vide Hu-
gonē Car-
dinalem.

Est terribilis ecclesia demonibus (satan he-
braeis dicitur Sched) propter terribilem
inquisitionem, dicente domino per He-
saia cap. 22. figam uexillum in loco fideli. Et
idem cap. 30. panebit Assur uirga percussus.
Terribilis est etiā propter mirabilem con-
seruationem sacramentorum, & suauem iubi-
lationem, unde Hierem. cap. 30. uocem terro-
ris audiimus, &c.

Ecclesiae arma,

Ecclēsia autem non armis secularibus uin-
cit aduersarias potestates, sed armis spiri-
tualibus, (doctrina & oratione) quae sunt
fortia Deo ad destruendas munitiones & altitu-
dinem nequitiae spiritualis, inquit Ambrosius
de uidiis, &c. Neque enim apud Ethnicos ma-
gni estimatur, sanguine sibi laudem parare, unde
ait poeta.

Nolo uirum, facili redimit qui sanguine uitā:
Hunc uolo laudari, qui sine morte potest.

Duo gladij in ecclesia.

Dicens

Dicentibus Apostolis, Luc. 22. ecce duo
gladij hic, non respondisset dominus, satis
est, sed nimis est. Vterq; ergo ecclesia,
& spiritualis scilicet gladius, & materialis.
Sed is quidem pro ecclesia, ille uero & ab eccle-
sia exercendus est. Ille sacerdotis, is militis ma-
nus, sed sane ad nutum sacerdotis, & iussum im-
peratoris. Bernard. de confide. lib: 4. &c.

ECCLESIÆ CATHOLI.

typus est uinea.

Dicitur ecclesia nouelletum domini, nun-
quam enim sterile scit, Malac. 3. Et psal. 79. dicit propheta regius: Vineã ex Aeg-
ypto transtulisti, & plantasti: radices & arbu-
sta eius, & replesti terram, operuit montes um-
bra eius, & arbusta eius cedros dei, extendisti
palmites eius usq; ad mare, & usq; ad flumẽ pro-
pagines eius. Et Esai. ca. 5. uinea facta est dilecto
in cornu in loco uberi & macerie circũdedi etcir-
cũfodi uinea Soreth. Uinea illa dedit fructũ suũ in
copia. Hãc subplãtauit maschiah et Adonai
hoc est, Christus domini, et cruore suo irrigauit &
confirmauit. Uinea illa maxima copia fructuario-
rum palmitum spem pollicetur certam, quamuis

De uinea
domini ui
de Au. de
uerbis do.
ser. 59. &c.

E 5 illis